AUGUSTINUS. ISIDORUS HISPALENSIS. REGULAE MONACHORUM
2. Hälfte 12. Jh. Seite 101r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=772
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Homo. Qualiter. Quo pacto. Quomodo. Quem admodum. Qua arte. Quo consilio. Quo ingenio. Racio. Omni ope omni uiu. omni arte. omni racione. omni consilio. omni ingenio. omni uirtute. omni instantia. Sume luctam. contra temporales molestias. esto incunctis casibus firmus. Patienter tolera omnia. omnia aduersa equo animo tolera. Noli singularem conditionem tuam intendere. Non ergo sola tua pensenda acerbitas. non ergo sola tua ante consideranda calamitas. Respice similes aliorum casus. intende miserias eorum quibus acerbe aliquid accidit dum aliena pericula memoras. miti tua portas. Aliorum enim exempla. dolorem releuant. Aduersis malis facilius consolatur homo. Quid incusas acerbissima tua deflenda. Quid causas tui periculi tantum lugens. Non sunt noua tua suplicia. Habes exempla calamitatis. Quanti tales casus. quanti talia pericula pertulerunt. Patienter abuno ferendum est. quod multis accidit tolerabile. Pena huius uite breuis est. et qui affligitur et qui afflicitur mortalis est. Tribulatio huius temporis finem habet. Transeunt omnia huius seculi nec permanent. Nunquam quod uenit stare nonpotest. Nichil est diu. nichil tam longum. quod non in breui finiatur. Habent subcelo finem suum omnia. Impossibile est ut homo sit. et non gustet angustias. Dolor et tristicia omnibus communia sunt. Omnia in hoc seculo euentu simili sustinemus. Nemo unquam expers mali est. nemo est qui in hoc seculo non doleat. Nullus est qui in hac uita positus non suspiret. Vita ista lacrimis plena est. uita ista afletibus inchoatur. Qui nascitur afletu incipit uiuere. flentes permimus